

& contributionis hujusmodi unumquemque, seu unumquodque, vel unamquamque illorum contingente dumtaxat, ac ea lege, ut unum, seu unus, vel una pro alio, seu alia in solutione hujusmodi deficiente minime gravari possit, pretiis reperibilibus, & quantum fieri poterit minori cum damno Ecclesiarum, ac Beneficiorum, & locorum piorum hujusmodi, etiam sine consensu interesse ea in re habentium, ac illis licet invitatis, dissentientibus, & reclamantibus, nulloque facto processu in forma si in evidentem utilitatem, nec servata ulla alia forma juris, & Constitutionum, ac privilegiorum Apostolicorum, Imperialium, & Regalium aut quorumcumque statutorum, seu stabilimentorum, & Ordinat. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratorum, necnon consuetudinum immemorabilium stylicorum, & usum quorumlibet, ac etiam Ecclesiarum, Monasteriorum, Beneficiorum, & loca pia hujusmodi ejus Pastoribus, Prælatibus, & Defensoribus careant, quibusvis personis meliorem conditionem offerentibus tam Ecclesiasticis, quam Laicis, Catholicis tamen vendendi, & distrahendi, seu bona ipsa in emphyteusim etiam perpetuam, aut ad censum, vel livellum concedendi, seu ad longum etiam tempus locandi, illaque permutandi, & alio quocumque modo alienandi, aut super illis annuos perpetuos, & redimibiles census, & redditus imponendi, illosque pretiis pariter reperibilibus vendendi, servato tamen hoc ordine, ut primo quidem suppellectilia, mobilia, & utensilia profana, si commode, & utiliter fieri poterit, deinde vasa, Candelabra, Cruces, Thuribula, aliaque utensilia aurea, & argentea sacra unctione non delibuta, quæ sunt Ecclesiis, ac pro earum usibus, & ornamentis destinata; Post hæc etiam sacra unctione hujusmodi delibuta, eorum tamen profanatione, seu dissecratione prius rite facta, & comminuta, reservatis tamen ex his præcisè necessariis pro divino cultu; Et si hæc non sufficiant, redditus annuos, census, canones, livellos, ac bona immobilia, etiam feudalia, & jurisdictionalia hujusmodi, incipiendo ab illis, quæ cum minori Ecclesiarum, & locorum piorum, aliorumque prædictorum damno, & incommodo distrahi possunt, respectively vendantur, & distrahantur, necnon super omnibus, & singulis præmissis quæcumque instrumenta cum clausulis, pactis, conditionibus, & obligationibus, submissioibus, decretis, & cautelis in similibus apponi solitis, & alias quovis modo necessariis, & opportunis celebrandi, & consuecendi, ac celebrari, & consuecendi faciendi, contradictores, perturbatores, molestatores, & rebelles quoscumque Vobis in præmissis parere recusantes, eisque auxilium, & rebelles quoscumque Vobis in præmissis parere recusantes, eisque auxilium, vel occulte, ac directe, vel indirecte quovis quænto colore, præstantes, cujuscumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, censuris, & poenis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis in causam belli

prædicti applicandis, cæterisque juris, & facti remediis opportunis compellendi, & compescendi, ipsaque censuras etiam iteratis vicibus aggravandi, ad illos dignitatibus, beneficiis, & officiis per eos obtentis privandi, & ab eis amovendi, ac ad alia in futurum obtinenda inhabiles faciendi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, auxiliumque brachii secularis quodcumque; opus fuerit invocandi; Ad sanitatem vero reversos, qui debite satisfecerint, ab omnibus censuris, & poenis supradictis in forma Ecclesiarum consuecenda absolvendi, ac cum eis super irregularitate per eos ea de causa contracta dispensandi, eosque rehabilitandi, & ad pristinum statum restituendi; Præterea viros Ecclesiasticos probos, ac fide, & facultatibus idoneos ad præmissa omnia, & singula executioni mandandum (exceptis tamen indictione, & impositione subsidii, & contributionis, ac taxatione, determinatione, & declaratione tam quantitatis ipsius subsidii, & contributionis, quam ratarum portionum a singulis prædictis respectively præstandarum, ac bonorum stabilium in causam prædictam alienandorum electione, & determinatione, quas a vobis solis, vel majori parte vestrum sicut præmittitur fieri volumus) Commissarios vestros, Exactores, Collectores, & Executores in singulis Civitatibus, & Diocæsis, Provinciis, & locis Regnorum Archiducatus, ac Statuum, & Dominiorum prædictorum quotquot videritis expedire cum simili, vel limitata potestate constituendi, & deputandi, illosque arbitrio vestro removendi, & revocandi, ac alios eorum locototies quoties opus fuerit deputandi, ac subrogandi, in delinquentes, vel contumaces per Vos, vel alium, seu alios etiam simpliciter & de plano, ac sine strepitu, & figura Judicii inquirendi, & procedendi, eosque debitis poenis, & animadversionibus puniendi; modos, & formas in præmissis servandos præscribendi, dubia quæcumque in præmissis forsan oritura, declarandi, ac prorsus omnia, & singula in præmissis, & circa ea quovis modo necessaria, et opportuna, etiam si talia forent, quæ mandatum exigent magis speciale, quam præsentibus sit expressum faciendi, gerendi, decernendi, statuendi, & exequendi plenissimam, & amplissimam, ac omnimodam facultatem, licentiam, & potestatem auctoritate prædicta earumdem tenore præsentium tribuimus, & impertimur.

§.4. Volumus autem, ut pecuniæ quæcumque ex subsidii, & contributionis hujusmodi exactione, necnon ex venditionibus, distractionibus, & alienationibus bonorum prædictorum, sicut præmittitur faciendis, quomodolibet proventura, & redigenda memorato Leopoldo Regi in Imperatorem electo, seu ejus Ministris a Vobis, seu a Commissariis vestris de speciali mandato vestro per vos subscripto tradantur, & consignentur, ad hoc, ut in prædictam causam belli contra Turcas, & non in aliam qua-

quæcumque omnino convertantur, ipsarumque pecuniarum, quæ sic traditæ, & consignatæ fuerint rationes seorsim habeantur, quo de earum erogatione in causam belli hujusmodi certius quocumque tempore consistere possit; super quibus aliisque omnibus, & singulis præmissis vestras, vestrorumque Commissariorum, Exequutorum, Exactorum, & Collectorum conscientias oneramus. Præterea omnes, & singulas venditiones, distractiones, & alienationes a Vobis, seu Commissariis vestris præsentium vigore faciendas, necnon instrumenta desuper, ut præfertur celebranda, & consuecenda cum omnibus, & singulis inde ceteroquin legitime sequentibus ex nunc prout ex tunc, & contra auctoritate, & tenore prædictis confirmamus, & approbamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus etiam consensu interesse ut præfertur habentium, ac solemnitate quarumcumque etiam in similibus de necessitate observandarum, etiam si tales sint, ut non nisi facta de eis individua mentione sanari possint, si qui desuper intervenerint, aut intervenisse quodcumque; præterea itidem ex nunc prout ex tunc, & contra supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

Clausulas apponit.

§.5. Decernentes venditiones, distractiones, & alienationes bonorum hujusmodi, sicut præmittitur faciendas validas, & efficaces fore, ac emptoribus, & aliis, ad quorum favorem fient, plenissime suffragari, nec illos ad probandum, seu verificandum in quos usus præmium ipsorum bonorum conversum fuerit, ullo modo teneri, neque ipsas venditiones, distractiones, & alienationes a quoquam sub quovis prætextu etiam enormis, & enormissimæ læsionis impugnari, aut adversus illas restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari posse, sed emptoribus, & aliis prædictis bona hujusmodi tanquam profana, propria, paterna, & aucta possidere, & retinere, ac de illis, eorumque fructibus juxta formam contractuum cum eis initorum disponere, & illa ad quoscumque eorum Successores transmittere licitum fore; Impositionem vero, & indictionem subsidii, & contributionis, ejusque quantitatis determinationem, ac ratarum, & portionum illius taxationem, definitionem, & declarationem, ac bonorum, ut præmissum est alienandorum electionem, & determinationem, ceteraque omnia, & singula per Vos, seu Commissarios vestros in præmissis juxta earumdem tenorem præsentium facienda, gerenda, dicenda, & mandanda valida pariter, & firma, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præminentie existant observari, & adimpleri debere, neque ipsas præsentibus literas, etiam ex eo,

quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non conferent, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causa, propter quas eadem præsentibus emanaverint adductæ, & justificatæ sufficienter fuerint, seu ex alia quacumque quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu proprio, & de Apostolica potestate plenitudine concessio, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac fer rec. Symachi, & Pauli II. ac Pauli IV., & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiarum non alienandis, sive ultra triennium non locandis, necnon rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumvis Testatorum, & Fundatorum etiam ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expresse commutamus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & locorum piorum, ac Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, Militiarum, & aliorum prædictorum, & quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, & usibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis eidem Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, & locis piis, ac Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, etiam Jesu, Militiis, & aliis prædictis, illorumque Præfibus, Capitulis, Abbatibus, ac aliis Superioribus, & personis quibuslibet etiam in limine foundationis, & erectionis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis ac cum quibusvis etiam derogator. derog. aliisque efficacioribus, efficacissimis, & infol-

Contrariis tollit.

solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie in contrarium premifforum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia, expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus ac si de verbo ad verbum infererentur, & exprimerentur, illis alias in suo robore permansuris, ad premifforum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque;

§.7. Aut si præfatis, & aliis quibuslibet communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, & excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expresse, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptis danda fides.

§.8. Volentes pariter, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.9. Ceterum vobis serio injungimus, memoratum Leopoldum Regem in Imperatorem electum nomine nostro hortemini, requiratis, & moneatis, ut pro ejus pietate, & Religione, ac conscientie sue tranquillitate, more majorum suorum, qui Ecclesiam sanctam, testam, Christique patrimonium usquequaque auctum, & illibatam sancte, & fideliter conservarunt, Ecclesiasticæ immunitati consulendo has Ecclesiarum jacturas, assignatis ipsis Ecclesiis equivalentibus retributionibus, vel alias condigna satisfactione, ac Imperiali liberalitate quantocius Deo adjuvante poterit, reparare non prætermittat.

Dat die 23. Febr. 1664. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Febr. 1664. Pontificatus nostri Anno IX.

CDLXV.

Diversæ Ordinationes circa Cappellanos Ecclesiarum S. Appollinaris, & S. Stephani in Monte Caelio, ac examen, & atatem Alumnorum, necnon redhibitionem rationum administrationis bonorum Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus sollicitudo Nos admonet, ut pa-

ternam Collegiorum ad sedulam juventutis in bonis moribus, sanaque doctrina institutionem, fideique Catholica conservationem, & propagationem pie, sapienterque institutorum curam gerentes, illorum commodis, & utilitatibus, ac felicibus progressibus quantum cum Domino possumus, consulere jugiter satagamus.

Motiva.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædecessor noster per quasdam suas super fundatione, & erectione, ac Constitutionibus gubernio, & directione Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe respective emanatas literas inter alia constituerit, ut quatuor Ministrantes obeundo Ecclesie Sanctorum Sabbe, & Andreæ eidem Collegio unitæ servitio destinarentur; hi vero Ministrantes, nec in choro psallere, nec præter unum ex ipsis Missam inibi celebrare confueverint; unde nec etiam ibi habitare curent, & de mente ejusdem Gregorii Prædecessoris circa eorum servitium non satis liqueat: Ipseque Gregorius Prædecessor Sacerdotes ad Ecclesiam S. Stephani in Monte Caelio de Urbe præfata dicto Collegio pariter annexæ servitium deputari voluerit, nec eorum numerum præfeniverit: Ac ab eodem Gregorio Prædecessore circa examen Alumnorum antequam in dictum Collegium recipiantur hic Romæ instituumdum dispositum reperiatur expresse, ut Examinatores in Urbe Alumnos juramento approbent, vel reproben, reservata tamen Superioribus facultate juramentum ejusmodi remittendi si minime necessarium visum fuerit; id autem singularitatem aliquam continere, seu illi causam præbere videatur: circa etatem vero Alumnorum præfatorum in eisdem literis cautum reperiatur, ut illi viginti circiter annos nati esse debeant: Ac demum idem Gregorius Prædecessor disposuerit, ut pro tempore existentes Protectores dicti Collegii rationes administrationis bonorum ipsius Collegii quodcumque eis liberit sibi reddi curare possint; si tamen Administratores bonorum Collegii hujusmodi Societatis Jesu Religiosi fuerint illi nemini præterquam Præposito Generali ejusdem Societatis rationem reddere teneantur: Nos dubia super præmissis, seu eorum ratione exorta tollere, dictique Collegii utilitati quantum Nobis ex alto conceditur prospicere cupientes, ac prædictarum Gregorii Prædecessoris literarum tenores, & datas etiam veriores, aliaque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Collegii Protectorum a Sede Apostolica deputatorum, qui Collegium hujusmodi nuper vistarunt, consilio, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, ut ex supradictis quatuor Ministrantibus dictæ Ecclesie Sanctorum Sabbe,

Sabbe, & Andreæ servitio destinatis tres, qui prorsus inutiles sunt dimittantur, & unus tantum Sacerdos mercede nonnihil aucta ejusdem Ecclesie servitio deputetur; atque unus quoque dumtaxat in posterum memoratæ Ecclesie S. Stephani in Monte Caelio Cappellanus detur, tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Præterea volumus omnino servari, quod in prædictis Gregorii Prædecessoris literis disponitur de secundo examine prædictorum Alumnorum hic Romæ instituendo ante quam recipiantur; utque cautius procedatur in primo examine, quod in Germania, aut Hungaria habeatur, de hoc ipso edoceri inibi tum Examinatores, tum ipsos Alumnos antequam eorum examen ibi instituat, eaque de causa transmitti huic in Germaniam formularium examinis inibi faciendi, ac ad tollendam singularitatem, alisque de causis facultatem remittendi juramentum per Examinatores in Urbe super approbatione, vel reprobatione Alumnorum præstandum, si minime necessarium visum fuerit, Superioribus reservatam, ut præfertur, eisdem Superioribus adimus, ita ut indifferenter singuli Examinatores juramentum hujusmodi præstare teneantur. Constituta vero ab eodem Gregorio Prædecessore circa Alumnorum atatem pariter omnino servari volentes, ne libera relinquatur facultas interpretandi pro libito ea verba, quibus cavetur, ut iidem Alumni viginti circiter annos nati esse debeant, illa de decimo nono anno saltem inchoato intelligenda esse declaramus. Postremo singulis annis Mensis Januarii, & infra annum quoties memoratis modernis, & pro tempore existentibus d. Collegii Protect. liberit, rationem administrationis bonorum ejusdem Collegii ipsis Protectoribus, & dilecto filio Præposito Generali, vel Vicario Generali dictæ Societatis Jesu si Administratores bonorum hujusmodi ejusdem Societatis Religiosi fuerint, reddi debere, statuimus, pariter, & ordinamus.

Decretum firmiter.

§.2. Decernentes easdem præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quilibet, etiam speciali, & individua mentione in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cause, propter quas præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, seu ex alia quacumque quantumvis pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa a peritiosis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentibus literas, & in eis contenta hujusmodi semper firmam, validam, & efficaciam existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ejusdemque S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & dicti Collegii Protectores, ac alios quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus præfatis Gregorii Prædecessoris literis, aliisque præmissis, necnon quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus, ac dictorum Collegii, & Societatis, alijve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis etiam eisdem Collegio, & Societati, illorumque Superioribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premifforum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis danda fides.

§.4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur.

Y y tur,

Dat. die 4. Mar. 1664. An. IX.

tur, quæ ipsissimè presentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 4. Martii 1664. Pontificatus nostri Anno IX.

CDLXVI.

Super observatione Indicis Librorum prohibitorum noviter impressi.

Dubia Indicis librorum prohibitorum decidit Congregatio erecta a Sixto VII. in Const. 117. Tom. 4. par. 4. fol. 392. Congregat. 7. Indicis librorum prohibitorum Regulas in violabiliter observari præcepit Clem. VIII. Const. 112. Tom. 5. Par. 2. fol. 82.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator.

Speculatores Domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia, inscrutabili Divinæ providentiæ arcano constituti, pastorem vigilantiam nostram avertendis imminenti tibus gregi Dominico periculis peculiari studio jugiter adhibemus, ne oves pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi sanguine redemptæ seducantur a via veritatis, sed illam insistentes sub salutaris doctrinæ directione, ad æternæ beatitudinis metam felici cursu gradiantur.

Motiva.

§. 1. Cum itaque ad ejusdem Ecclesiæ gubernationem præcipuum sit in ordinandis moribus, & castiganda doctrina momentum, quod ab altero purum fidei lumen existat, ab altero operum relictio: Sedes Apostolica præclare intelligens homines legendo, tam quæ credenda, quam quæ faciendæ sunt, optime discere, magnam in primis in librorum selecta constituto adhibet, semperque adhibuit diligentiam, quo mali a bonis, noxii ab innoxii discernentur, nominatim signatis auctoribus, & scriptis, a quibus Christiani debiles abstinere deberent.

§. 2. Quam in rem Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Indici librorum prohibitorum, & expurgandorum præpositi, non solum sua sponte, & pro muneri sibi injuncti ratione, sed etiam speciali mandato nostro attentius incumbentes; cum animadverterint, post Indicem librorum prohibitorum a felic. recordationis Clemente PP. VIII. Prædecessore nostro editum juxta formam alterius Indicis, qui Sacrosancti Concilii Tridentini auctoritate prodierat, quamvis multi libri tam a Successoribus prædicti Clementis Romanis Pontificibus, quam ab eorumdem Cardinalium Congregatione, prohibiti, illorumque Auctores damnati fuerint, nullum tamen Catalogum ordinatum, atque distincte libros prohibitos, & auctores damnatos hujusmodi complectentem publica auctoritate fuisse confectum, magnamque proinde in hac materia oriri perplexitatem, quæ in dies major futura est nisi opportune provideatur.

§. 3. Idcirco Nos difficultati inventientia hac in re veritatis occurrere cupientes, post maturam, & diligentem deliberationem, cui nonnulli ex præfatis Cardinalibus ad res accuratius dispiciendas præpositi fuerunt, decrevimus in primis deveniendum esse ad novi Indicis confectioem, quo non solum libri post novissimum Clementis Prædecessoris Indicem prohibiti, aut alias confixi, verum etiam in Superioribus, quos diximus, catalogis descripti continerentur. Deinde quoad ordinem in disponendis auctorum, & materiarum nominibus solum literarum Alphabeti seriem esse deinceps observandam; omnia nunc trina illa in Classes distributione, quæ licet ab initio laudabiliter esset instituta, usu nihilominus deinde cognitum est, commodiorem adhuc iniri posse in hoc genere rationem, & quæ nullas appendicum adjectiones, multiplices alioquin, & implicitas tractu temporis exituras desideratura sit, remque expediat sine ulla legentium in quærendis Auctoribus molestia, præsertim Bibliopolarum, quibus ut facilis, & explicata sit hujus Indicis tractatio, publice in primis interest, ne ipsi errantes multorum errori causam præbeant.

§. 4. Accedit, quod illa Classium distinctio plurimos non modo vulgares, sed etiam eruditos sæpe decipiebat, dum ex earum ordine confixionis gravitatem æstimandam putabant, quasi severius actum semper videatur cum legentibus anteriorum, quam posteriorum Classium libros, quod tamen secus esse ex ipsa Classium institutione a Concilio Tridentino facta colligi facile potest, ubi cum solum antecessat distinctio inter libros Auctorum vitio, ac demerito, vel perniciosæ doctrinæ, errorumque in eis contentorum ratione damnatos, ac inter præferentes, aut dissimulantes Auctorem, contingit, ut plerique libri ignoti Scriptoris, quæ tertia Classi assignantur, peiores multo sint, quam in prima, aut secunda recensiti: cui falsæ persuasioni, ac perniciosæ in hac materia licentiæ causam præbeat, medendum omnino existimavimus.

§. 5. Quamvis autem ulteriorem Classium distinctionem omitti juserimus, hætenus tamen observatam retinendam censuimus, ut citarentur in cujusque libri confixione, ubi opus est, hujusmodi Classes, & appendices una cum decretis, quibus primum libri confixi fuerunt, quo rei ab initio gestæ series innotescat.

§. 6. Quam etiam ob causam Indices Tridentinum, & Clementinum, una cum suis appendicibus Indici huic generali adiciendos curavimus, simulque omnia Decreta ad hæc usque tempora in hac materia post prædicti Clementis Prædecessoris Indicem emanata, ne quid omnino, quod curiosæ fidelium diligentia prodesse posset omisum videretur. Quæ omnia cum juxta mentem nostram diligenter, & accurate fuerint executioni mandata, composito Indice generali hujusmodi, cui etiam Regule Indi-

Dat. modum faciendi novum indicem.

Confirmatio indicis.

Dat. die 5. Martii 1664. An. IX.

Indicis Tridentini cum observationibus, & instructione memorato Indici Clementino adjectis appositæ fuerunt: Nos de prædictorum Cardinalium consilio eundem Indicem Generalem, sicut præmittitur, jussu nostro compositum, atque revisum, & typis Cameræ nostræ Apostolicæ jam impressum, & quem presentibus nostris pro inserto haberi volumus, cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, ac ab omnibus, tam universalibus, quam singularibus personis, ubicunque locorum existentibus, inviolabiliter, & inconcusse observari mandamus, & præcipimus, sub penis in Constitutione recolenda mem. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri super dicti Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas varietatis veterum Decretorum in proponendis transgredientium penas tollendæ gratia, omnes, & singulas penas per Constitutiones Apostolicas, & decreta anteriora hujusmodi quomodolibet inflictas harum serie reducimus, firmis tamen manentibus his, quæ de Auctoribus, & libris damnatis in literis Apostolicis die Coenæ Domini publicari solitis sancitæ sunt, circa quos nihil omnino mutare, ac ne contingere quidem intendimus.

Mandatum de observando.

§. 7. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon dilectis filiis eorum Vicariis, & Officialibus, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & Regularem cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Superioribus, omnibusque aliis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, ut hunc generalem Indicem vigilandum, & observandum pro viribus curent: memores ad officii sibi commissi munus pertinere, ut oves Domini gregis tam a pabulis perniciosis arceantur, quam salutaribus impleantur: a quo si (quod absit) per malitiam, aut negligentiam cessent, omnium malorum, quæ inde gravissima, & maxima oriri necesse est, districtam sibi apud severum Judicem reddent rationem.

Contraia tollit.

§. 8. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi presentibus pro plene, et sufficienter expressis, & insertis, ac formam in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis danis fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Martii 1664. Pontificatus nostri Anno IX.

Dat. die 5. Martii 1664. An. IX.

CDLXVII.

Jubilæum Universale ad divinam opem explorandam contra Turcas.

Ex Regest. in Secret. Breu.

ALEXANDER PAPA VII.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Quod jam pluries indictis publice per Universum Christianum Orbem præcipue a Patre misericordiarum flagrantissimo cordis affectu flagitavimus, ut Rempubliam Christianam ab imminentibus periculis, sua virtute, tueri dignaretur, idem nunc maxime quando nefarius Turcarum Tyrannus Regnum Hungariæ firmum olim Christianarum rerum præsidium tot cladibus affectit, nec solum illud in suam potestatem omnino redigere, sed etiam inde in alias Christianas Ditiones irrumpere, easque, quæ est insatiabili dominandi libidine, armis occupare, & Mahumetana perfidiæ abominatione Ecclesiam Dei vivi polluere maximis viribus, formidabilique apparatu molitur, denuo faciendum esse arbitramur.

Exordium.

§. 1. Nam licet quicquid Nobis est virium, & consilii in causæ communis tuitionem prompto, & alacri animo conferre, non cessemus; Vanos tamen scimus esse hominum conatus, nisi divinæ gratiæ ope adjuventur. Accedamus itaque ad Sacram Misericordiam Domini aram, eique cordium contritorum holocausta offerentes, ac iniquitates nostras eleemosynis redimentes expurgato per jejunia veteri illarum fermento, ejus iram, quam peccatis nostris irritavimus, placare studeamus. Quod quidem si in humilitatis spiritu, ferventique charitate fecerimus, firmam in divina bonitate fiduciam habemus fore, ut exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum a facie ejus. Hoc autem, ut flagrantiori spiritus ardore uberiusque fructu fiat, præfatum Romanæ Ecclesiæ

clie omnium Matris, & Magistra morem sequentes ejusdem Ecclesie thesauros, quorum dispensatores a Domino constituti sumus, in presentibus necessitatibus proferre, & largissima manu erogare decrevimus. Igitur ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christianifideles, tam in alma Urbe nostra, quam extra eam, ubicumque locorum constitutos apostolica auctoritate paterne requirimus, monemus, & adhortamur ad infra scripta devote peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Salvatorem nostrum toto corde orandum, & per viscera Misericordie sue Religionem Christianam, Fidemque Catholicam protegere, & defendere, immanissimorumque illius hostium Turcarum, vires, & conatus proterere, & reprimere, Principum Christianorum pacem, & concordiam conservare, eorumque cordibus Sanctum lumen suum infundere, ac illorum consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam, & exaltationem unire, augere, dirigere, & roborare, atque omnium nostrum piis laboribus, & conatibus opem ferre dignetur. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christianifidelibus in Alma Urbe degentibus, qui S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sancte Marie Majoris ejusdem Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatium duarum proximarum hebdomadarum semel saltem visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote, ut supra Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex predictis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistie Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam reverenter sumperint, & pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique fueret devotio, vel possibilitas erogaverint, ceteris vero extra Urbem ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis Locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam haec nostre pervenerint designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatium duarum hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut praefertur, faciende decurrendorum, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut praemittitur,

erogaverint plenissimam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem nostri Praedecessores concedere consueverunt, tenore presentium concedimus, & largimur. Navigantes vero, & iteragentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint supra scriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant; Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam Laicis, quam Ecclesiasticis, Secularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a Locorum Ordinariis ante presentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quae ipsi penitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§.2. Insuper omnibus, & singulis Christianifidelibus utriusque sexus tam Laicis quam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe, quam extra eam ubique locorum, ut praefertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam, secularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem, ex approbatis, ut praemittitur a Locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensio, & aliis ecclesiasticis sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus etiam Locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae etiam in literis die Coenae Domini legi solitis contentis, & alias per quoscumque nostras, aut Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis quomodocumque reservatis in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvi, & liberare valeant, & insuper vota quaecumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, in juncta tamen eis, & eorum culibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutaris, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis. Quapropter tenore presentium in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Ven. Fratibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prelatis, ac quibuscumque Ordinariis Locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel aliis deficientibus, illis, qui curam animarum

marum exercent, ut cum presentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent, ne alias ulterius presentium literarum executio protrahatur. Non intendimus autem per presentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapitate, seu inhabilitate quocumque modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi etiam foro conscientiae, neque etiam easdem presentes iis, qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prelato, seu Judge Ecclesiastico communicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, alio modo suffragari posse, aut debere.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolviendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existentis servatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessionibus, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.4. Ut autem presentes nostra quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis presentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Dat. die 7. Mar. 1664. An. IX.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Martii 1664. Pontificatus nostri Anno IX.

Renovatio Indulti nominandi ad Canonice, & Praeben. pro Rectore, Decanis, & Provisoribus Universitatis Coloniae.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Dilectis filiis nobilibus viris Consilibus, & Senatui Civitatis, & Republicae Coloniae.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecti filii Nobiles Viri salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Alias pie me: Paulo Papae V. Praedecessori nostro pro parte vestra exposito, quod pridem fel. rec. Clemens Papa VIII. similiter Praedecessor noster, cum accepisset, quod antea rec. mem. Paulus Papa IV. etiam Praedecessor noster certis tunc expressis causis adductis, Rectori, & Decanis quatuor facultatum, videlicet Theologicae, Juridicae, Medicae, & Artium, quae consistit, in tribus Gymnasiis Montano, Laurentiano, & trium Coronarum Universitatis studii generalis Coloniae, consilioque illius facultatis, ex qua persona nominanda esset, Apostolica auctoritate indulserat, ut cum Provisoribus ejusdem Universitatis personas assumere possent in eadem Universitate promotas, ac in publicis scholis legentes, & lectiones, quas ipsi Rector, & Decani, ac Provilores praescripto juramento, unanimi consilio illius facultatis, in qua legerent, vel legere deberent, ad id more solito congregari idoneas, & Catholicas esse, ac ad laudem, & fructum studiorum profiteri posse cognoscerent, easque dilectis filiis majoris, ac aliarum Ecclesiarum dictae Civitatis Capitulis, ad quos Canonicatum, & Praebenarum in eisdem Ecclesiis consistentium collatio, provisorio, praesentatio, electio, institutio, seu quavis alia dispositio communiter, vel divisim aut alias quomodolibet pertineret dictae videlicet majoris, & S. Gereonis Coloniae, ad Presbyterales tantum, ad reliquos vero aliarum Ecclesiarum praedictarum Canonicatus, & Praeben. qui inde ad triennium tunc venturum in singulis Martii, Julii, & Novembris mensibus Sedi Apostolicae per Concordata Germaniae cum ipsa Sede imita reservatis vacassent, nominare valerent eis, ad quos illorum collatio, praesentatio, electio, & dispositio hujusmodi spectaret, & deinde dictum triennium semel atque iterum pie mem. Pius Papa IV. & Pius V. etiam Praedecessores nostri ad simile triennium prorogaverant, & indultum praedictum etiam ad majorem post Pontificalem, & principales, aliasque dignitates, Personarum, Administrationes, & officia etiam curata, necnon Vicarias, & Cappellanas perpetuas Majoris, & Collegiarum, aliarumque Ecclesiarum Coloniae, quae in praedictis mensibus intra ipsum tempus vacarent, ampliaverant, & successive rec. mem. Gregorius Papa XIII. simi-

Motiva

fin iliter Prædecessor noster triennium a prædicto Pio Prædecessore prorogatum, vel concessum ad aliud triennium primo, & deinde ad quinquennium alias juxta formam literarum Indulti Pauli IV. Prædecessoris prædicti dumtaxat extenderat, & ampliaverat, si vero lapsus esset novum quinquennium hujusmodi ad hoc, ut prædicto novo quinquennio durante, Rector, Decani, ac Provisores prædicti ad Presbyterales Majoris, & S. Gereonis tantum, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonien. Canonicatus, & Præben. dumtaxat personas nominare possent, de novo concesserat, & successive similis memorie Sixtus Papa V. etiam Prædecessor noster quinquennium ab eodem Gregorio Prædecessore ultimo prorogatum, seu concessum ad quadriennium a fine ultimo prorogati, seu concessi quinquennii hujusmodi incoandum, extenderat, & ampliaverat, si vero lapsus esset, novum quadriennium hujusmodi ad hoc, ut ipso durante Rector, Decani, & Provisores ad Presbyterales majoris, & S. Gereonis, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonien. Canonicatus, & Præben. dumtaxat, qui interim in aliquo ex tribus mensibus prædictis extra Romanam Curiam vacarent, & alias juxta formam, & tenorem literarum Pauli Prædecessoris prædicti tantum personas, ut præfertur qualificatas nominare, & alia in literis dicti Pauli IV. Prædecessoris contenta facere possent indulserat, ita tamen ut personæ sic nominatæ intra sex menses a die provisionis, collationis, seu alterius cuiusvis dispositionis de dictis Canonicatibus, & Præbendis in vim nominationis hujusmodi factæ numerandos, novas provisiones de eisdem Canonicatibus, & Præbendis a dicta Sede petere, & literas Apostolicas sub plumbo in totum expedire, ac jura Camere Apostolicæ, & aliis propterea debitæ persolvere omnino tenerentur, & nisi præmissa adimplerent, ipso semestri elapso, iidem Canonicatus, & Præbendæ vacarent eo ipso, & sic vacantes per Sedem Apostolicam dumtaxat aliis quibusvis Personis conferri libere possent, volens, ut Rector, & alii prædicti hujusmodi jus nominandi habentes, sive Ecclesiastici, sive laici forent, fidem Catholicam juxta articulos ab eadem Sede propósitos in manibus Archiepiscopi, seu Officialis Colonien. pro tempore existentis annis singulis profiteri tenerentur, alioquin nominationes ab eis faciendæ, & inde sequuta omnia, nullius essent valoris, vel momenti, ipse etiam Clemens Prædecessor, certis tunc expressis de causis tempus quadrienni per dictum Sixtum Prædecessorem prorogati, seu de novo concessi de consilio tunc existentium S. R. E. Cardinalium Congregationis Germanicæ bis ad aliud quinquennium extenderat, & prorogaverat, & quatenus lapsus esset idem Indultum de novo concesserat juxta formam literarum Pauli IV. Prædecessoris prædicti, ita tamen, ut prioris Indulti hujusmodi prorogatio, seu concessio non extenderetur ad

Canonicatus, & Præbendas Ecclesiæ Metropolitanæ, ad Vicarias vero tam dictæ Metropolitanæ, quam aliarum Ecclesiarum omnium dictæ Civitatis, etiam ad alios, qui in alia quam Colonien. Accademia gradum suscepissent, illud extensum esse voluerat, & extenderat, ac ampliaverat, volens, & inhibens si aliquis nominatus, Beneficium ad quod nominatus fuisset resignare vellet, ne ullo modo nisi in manibus Romani Pontificis, aut Nuncii Apostolici in dicta Civitate Colonien. pro tempore degentis hujusmodi Beneficium ad favorem alterius a Rectore, & Decanis prædictis nominandi, nec per resignationem illud, nec per permutationem dimittere posset, quodque non nisi servato inter competitores concursu a Sacro Concilio Tridentino in collationibus Parochialium Ecclesiarum præscripto, ad Canonicatus, & Præbendas prædictos nominare, & conferre deberent, ac nominantes jurate se digniorem, & ad proficiendum munus magis aptum prælaturos, & vicissim eum quem præferri contigisset, jurare se injunctum proficendi officium diligenter præstiturum, deinde vero ex causis prædictis dictus Clemens Prædecessor indultum hujusmodi ad aliud quinquennium iterum prorogaverat, extenderat, seu concesserat, decreveratque hujusmodi Canonicatus non nisi personis ex aliqua ex dictis Universitatibus idoneis, que jurejurando ad proficiendum munus diligenter sese adstringerent dumtaxat conferri, ac Canonicatus, & Præben. prædictos per eos hujusmodi nominationis vigore obtinere non nisi in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis cum specifica mentione quod illos vigore hujusmodi nominationis consequuti essent, resignari, vel alias dimitti nullatenus possent, alioquin Canonicatus, & Præben. hujusmodi vacarent eo ipso, ita ut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi posset, idem Paulus V. Prædecessor supplicationibus vestro nomine sibi humiliter porrectis inclinatus, Indultum Vobis a prædicto Clemente Prædecessore concessum, & desuper expeditas literas prædictas ad aliud quinquennium, a fine quinquennii ultimodicti a Clemente Prædecessore concessi computan. auctoritate Apostolica extendit, & prorogavit, & nihilominus sine præjudicio tunc, & pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien. dilectis filiis Rectori, & Decanis prædictarum quatuor facultatum in dicta Universitate canonicè institutarum, & consilio illius ex facultatibus hujusmodi, cujus persona juxta formam literarum Pauli IV. Prædecessoris nominanda fuisset, etiam pro tempore existentibus una cum dilectis filiis Provisoribus ipsius Universitatis, ut personas in eadem Universitate promotas, & legentes, & lecturas quas ipsi Rector, & Decani, ac Provisores medio eorum juramento, una cum consilio facultatis hujusmodi, in qua personæ ipsæ legerent, & legere deberent ad hoc more solito convocato, idoneas, & Catholicas esse, ac cum laude,

laude, & fructu inibi pro tempore studentium profiteri posse, affirmarent, ita ut si controversia in nominando inter Rectorem & Decanos, necnon Provisores, & Consilium hujusmodi exorta fuisset, ille, quem major pars votis suis preferendum putasset, præferretur, dilectis filiis Majoris, ac S. Gereonis, & aliarum Ecclesiarum Capitulis, ad quos Canonicatum, & Præbendarum in eisdem Ecclesiis consisten. collatio, provisio, presentatio, electio, institutio, seu quævis alia dispositio conjunctim, vel separatim, vel alias quomodolibet, cessantibus reservationibus, & affectionibus apostolicis, pertinebat, videlicet, ad Presbyterales tantum Majoris, & S. Gereonis, ita ut nominandæ personæ secundum eorum statuta, & privilegia eorum Capitulis concessa, ut præfertur qualificatæ essent, ad omnes vero, & singulos alios Canonicatus, & singulas Præbendas reliquarum Ecclesiarum hujusmodi, que ex tunc ad quinquennium tunc proxime futurum a fine ultimi quinquennii per Clementem Prædecessorem prorogati, seu concessi computan. in singulis Martii, Julii, & Novembris Mensibus pro tempore vacassent, & vacare contingeret nominare libere, & licite valerent, dicta auctoritate concessit, & indulgit, ac statuit, & ordinavit, quod ii, ad quos collatio, provisio, presentatio, electio, institutio, vel quævis alia dispositio Canonicatum, & Præbendarum hujusmodi pro tempore spectaret, Canonicatus, & Præbendas, quos personæ ad illos sic nominatæ per se, vel Procuratorem suum ad hoc ab eis specialiter constitutum infra unius mensis spatium, postquam eis, vel Procuratori, seu illorum vacatio innovasset duxissent acceptan. cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eisdem nominatis personis conferre, & de iis etiam providere, seu eas ad illos presentare, aut eligere, aut in illis instituire, vel alias de illis in earumdem personarum nominatarum favorem disponere tenerentur quodque iis præmissa facere reculantibus, vel negligentibus, aut differentibus, etiam pro tempore Abbas Sancti Martini Colonien., ac Decanus Ecclesiæ S. Pauli Leodien., & qui Hæreticæ pravitatis Inquisitor in illis partibus apostolica auctoritate deputatus existeret, Prior Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum etiam Colonien., & eorum quilibet Canonicatus, & Præbendas sic vacantes, personis ad illos, ut præfertur, nominatis pro ea vice tantum eadem auctoritate conferre, & de illis etiam providere pariter libere, & licite possent, & quod ab eisdem personis sic pro tempore nominatis in actu nominationis de eis pro tempore factæ in qua facultate, in quo Gymnasio, & qua hora illa docere, & si præmissis defecissent post primam, & secundam nominationes eis desuper factas, a perceptione fructuum, reddituum, & proventuum Præbendarum, quas vigore nominationum, & collationum hujusmodi tunc as-

secuti fuissent, per Abbatem, & Decanum Ecclesiæ S. Pauli Leodien., & Priorem prædictos, aut aliquem ex eis ad requisitionem illis per Rectorem, & Decanos facultatum, & Provisores Universitatis hujusmodi facien. suspenderentur, & si suspensionem hujusmodi per mensem animo sustinuisent indurato, iidem Præbendis ipso facto, & cum effectu privarentur, & pro privatis haberentur, & statim de illis, aliis personis modo, & forma præmissis provideretur: Verum si personæ nominatæ prædictæ in aliquam suspensionem hæresis incidissent, in eas per Inquisitores hæreticæ pravitatis in illis partibus eadem auctoritate deputatos abque ulla mora inquireretur, & si illæ compertæ fuissent hæresi hujusmodi infectæ, alii Catholici ad Beneficia per illos obtenta simili modo nominarentur, & subinde quinquennium hujusmodi ad aliud quinquennium a fine ultimodicti quinquennii computan. semel, atque iterum extendit, & prorogavit, seu concessit, & indulgit. Postmodum aut postquam fel. rec. Gregorius Papa XV. similiter Prædecessor noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas Indultum prædictum vobis, ut præfertur, prorogatum, ac desuper concessas literas, & in eis contenta, ita tamen, ut hujusmodi Indultum Canonicatus, & Præbendas Metropolitanæ Ecclesiæ Colonien. minime comprehenderet, neque ad eos se extenderent, ac sine præjudicio dicti tunc, & pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien., ac alias sub certis modo, & forma, tunc expressis ad aliud quinquennium de novo concesserat, & subinde rec., & mem. Urbanus Papa VIII. pariter Prædecessor noster, attendens quod Indultum hujusmodi per Cancellariæ Apostolicæ regulas revocatum fuerat, & sicut eidem Urbano Prædecessori tunc exponi feceratis, causæ propter quas idem Indultum a præd. Paulo IV. primo loco concessum, & ab aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris prædictis, ut supra prorogatum, & expresse de novo concessum fuerat, conservationis nimirum Catholicæ Religionis in ista Civitate Colonien. eo usque vigeant, vosque cupiebatis ad Catholicorum virorum studia, in istis partibus alenda, & allicienda hujusmodi Indulto diutius frui posse, idem Urbanus Prædecessor per alias suas in simili forma Brevis expeditas literas Indultum prædictum vobis per dictum Gregorium Prædecessorem ad quinquennium, ut præfertur de novo concessum, ac desuper concessas literas prædictas, & in eis contenta, ad aliud quinquennium apostolica auctoritate sub certis modo, & forma tunc expressis denuo concessit, ipsamque quinquennium ad aliud pariter quinquennium, ac deinde secundodictum quinquennium ad aliud similiter quinquennium extendit, & prorogavit, ac deinceps eidem Urbano Prædecessori per vos exposito, seu subjuncto, quod quinquennium tunc per eum ultimo loco extensum, seu concessum brevi erat expiraturum, & causæ super quas Indultum